

## No. 278. 1470. 15. Sept.

*Bürgermeister und Rath versprechen in Folge Ersuchung in dem Bestätigungsbriefe des Bischofs von Merseburg über die Stiftung des Meister Johann Euderitzsch den Kirchvätern der Nicolai-kirche aufzugeben, dem S. Gangulfsaltar zu ministriren vnd zuzustehn lassen — in massen allen andern altarien doselbst —, so oft das not sein wirt, wein brot meßbucher kelch meßgewandt geleuchte vnd kolen vnd alles was zu dem dienste gotes not sein wirt —. Geben — vff sonabent nach des heiligen creutztes tage also es erhoet wart —.*

Beglaubte Abschrift des Notars Lorenz Reybhandt vom J. 1534 im Rathsarchiv zu Leipzig.

## No. 279. 1470. 29. Sept.

*Probst Johannes Falkenhain und das Capitel bestätigen die Altarstiftung des M. Johann Euderitzsch (No. 277) und ertheilen derselben eine besondere Vergünstigung.*

Nos Johannes Falkenhain praepositus monasterii s. Thomae —, Heinricus Weinschall prior, Martinus Klotzsch senior, Caspar Numann camerarius, Johannes Gluchaw custos ceterique capitulares — recognoscimus —, quod honorabiles et sagaces viri et domini proconsules opidi Lipezk videlicet doctor Nicolaus Pistoris, Hans Stockart et Hans Trupitz coram nobis institerunt ex parte consulatus dicti loci supplicantes, quatenus venerabili et egregio viro domino et magistro Johanni Ewderitzsch sacrae theologiae professori benedigno maiorisque collegii in Lipezk collegiato, qui pro divino cultu augendo altare sancti Gangulfi martyris in ecclesia nostra parochiali sancti Nicolai constructum dotare in beneficiumque ecclesiasticum erigere dudum ante praeconcepit, favorosum ad haec consensum uti ad nos spectat praestare et concedere dignemur. Cui eorum petitioni — ianuam exauditionis reserare decrevimus et — annuimus ac liberum consensum conferimus atque damus sine tamen praeiudicio nostro ac libertatum nostri monasterii. Quo habito consensu a nobis praefatus dominus magister et doctor huiusmodi nostri assensus gratuitus executor ex singulari gratia de superis ei collata instigatus nobis consequenter supplicavit —, ut memoratum altare s. Gangulfi martyris —, quod dotare intenderet, a restauero dando ac solvendo singulis annis de eodem ipsum dignemur habere exemptum, praeter et contra laudabilem consuetudinem aliarum ecclesiarum diocesis Merßburgensis in illis hactenus observatam ut veridica relatione recepimus atque didicimus. Cui siquidem petitioni suae in hac parte ad nos porrectae moram gerere curavimus ob quaedam motiva per eundem tunc nobis insinuata et exposita, quae tamquam rationabilia approbavimus, propterque ipsum et singulos beneficiatos seu altaristas praefati altaris sui sequaces in futurum perpetuis temporibus a tali restauero dando dei nomine absolvimus ac liberos fore de hoc indulgemus. In cuius rei evidens testimonium praesentem litteram conscribi sigillorumque nostrorum praepositurae et capituli fecimus et iussimus appensione communiri. Datum et actum Lipezk in curia nostrae solitae residentiae anno domini M° CCCC° septuagesimo ipso die sancti Michaelis archangeli.

Nach dem Rathsbuch fol. 309 im Archiv des K. Bezirksgerichts zu Leipzig.